

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De consolatione philosophiae

Boethius, Anicius Manlius Severinus

[Deventer], [1480-85]

[Metrum secundum] libri tercii

[urn:nbn:de:bsz:31-293110](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-293110)

appetit quod habere fruique delectet. Atqui
hæc sūt q̄ adipisci homines volūt eaq; de cau
sa diuitias . dignitates . regna . gloriaz . volu
ptatez q; desiderāt . q; per hæc sibi sufficiētā .
reuerentiam . potentiam . celebritatem . læticiā
credūt venturam . Bonū est igit quod tam
diuersis studijs homines petūt . In quo quā
ta sit naturæ vis facile monstratur . cum licet
variaz dissidentesq; sentētiæ . tamē in diligē
to boni finem consentiūt .

Metrū secūdū libri terciij

Ouantas rerum flectat habenas Na
tura potens quibus immēsum . Legibus
orbem prouida seruet . Stringatq; ligans ir
resoluto . Singula nexu placet arguto Fidi
bus lentis promere cantu . Quamuis peni pul
chra leones Vincula gestēt . mambusq; da
tas Captent escas . metuantq; trucez .
Soliti verbera ferre magistrum

Si cruor horrida tinxerit ora. Resides olim
rebeunt animi. Fremituq; graui meminē sui.
Laxant nodis colla solutis. Primusq; lacer
dente cruento. Domitor rabidas imbuit iras
Quæ cauit altis garrula ramis. Ales caueæ clau
ditur antro. Huic licet illita pocula melle.
Largasq; dapes dulci studio. Ludens homi
num cura ministrat. Si tamē arcto saliens se
cto. Nemorum gratas viderit umbras
Sparfas pedibus proterit escas. Siluas tan
tum mœsta requirit. Siluis dulci voce susur
rat. Validis quōdam viribus acta. Pronū
flectit virga cacumen. Hanc si curuans te
xtra remisit. Recto spectat vertice cælum
Cædit hesperias phœbus in vndas
Sed secreto tramite rursus. Currum solito
vertit ad ortus. Repetunt prios quæq; re
cursus. Redituq; suo singula gaudent
Nec manet vlli traditus ordo

Nisi qđ fini iunxerit orbitam. Stabilem qđ fini
fecerit orbem.

Prosa tertia libri terti.

Quos quoq; o terrena animalia tenui li
cet imagine vestrum tamē principū
somniais. verūq; illū beatitudinis sinez licet
minime pspiciat. qualicūq; tamen cogitatio
ne prospicitis. eo qđ vos a ad verū bonum na
turalis ducit intentio a ab eodez multiplex er
ror abducit. Considera namq; an per ea qui
bus se hoies adepturos beatitudinem putāt.
ad destinatū finem valeāt puenire. Si enim
vel pecunia vel honores cæteraq; tale quid af
ferāt cui nihil bonorū abesse videatur. nos qđ
fateamur fieri aliquos horū adeptiōe foelices
Qđ si neq; id valent efficere quod pmittūt.
bonis qđ pluribus carēt. nōne liquido falsa in
eis beatitudinis spēcies deprehendit. Primū
igitur teipsum qui paulo ante diuitijs afflue

bas interrogo. Inter illas abundantissimas o-
pes. nunquam ne animam tuam cepta ex qualibet
iniuria confundit anxietas. **B.** At qui inquam tam
libero me fuisse aio quin aliquid semper angerer
remiseci ne queo. **P.** Nonne quia aberat quod abesse
non velles. vel aberat quod abesse noluisses. **B.**
Ita est inquam. **P.** Illi igitur praesentiam. huius ab-
sentiam desiderabas. **B.** Confiteor inquam. **P.**
Eget vero iquit eo quod quicquid desiderat. **B.**
Eget inquam. **P.** Qui vero egest aliquo non est
usquequaque sibi sufficiens. **B.** Mime inquam. **P.**
Tu itaque hanc insufficientiam plenam inquit opibus
sustinebas. **B.** Quid mi inquam. **P.** Opes igitur
tibi nibilo indigere sufficiensque sibi facere neque-
unt. Et hoc erat quod permittere videbantur. At
qui hoc quod maxime considerandum puto. quod nihil ha-
beat suapte natura pecunia. ut his a quibus pos-
sides inuitis nequeat auferri. **B.** Fateor inquam.
P. Quid mi fateare. cum eam quotidie valeat

aliquis eripiat inuito. Unde enim forenses quiri
moniae nisi quod vel vi vel fraude a nolentibus pe
cuniae repetunt ereptae. **H.** Ita est inquam.

P. Egebit igitur inquit extrinsecus petito per
fidio quo sua pecuniam quisque tueatur. **H.**

Quis id inquam neget. **P.** Atque non egeret eo ni
si possideret pecuniam quam posset amittere. **H.**

Dubitari inquam nequit. **P.** In contrarium igitur
relapsa res est. Nam quae sufficiente sibi facere pu
tabantur opes. alieno potius perfidio faciunt
indigentes. Quis autem modus est quo pel
latur diuitibus indigentia. Num enim diuites
esurire nequeunt. Num esurire non possunt.

Num frigus hybernorum pecuniosorum membra
non sentiunt. Sed adest iniquis opulentis
quo fame satient. quo sitim frigusque depellant.
Sed hoc modo consolari quidem diuitibus in
digentia potest. sed auferri penitus non po
test. Nam si haec hians semper atque aliquid

poscens opibus expletur mane at necesse est
quæ possit expleri **T**aceo q̄ naturæ minimū
q̄ auaritiæ nihil satis est. **Q**uare si opes nec
sūmouere indigentia possunt. ⁊ ipse sua faci
unt. quid est q̄ eas sufficientiā præstare cre
datiſ. **M**etrū terciū libri tercii.

O Vanis fluēte diues auri gurgite **N**ō
expleturas cogat auarus opes. **O**
neretq; bacās colla rubri littoris **R**uraq; cen
feno scindat opima boue. **N**ec cura mordax
deserit superstitem. **D**efunctūq; leues nō co
mitantur opes.

Proſa quarta libri tercii.

Sed ne dignitates honorabilem reue
rendūq; cui puenerint reddunt. **N**ū
vis ea est magistratibus vt vſentiū mentibz
virtutes inserāt. vicia depellāt. **A**t qui non su
gare sed illustrare potiſ nequiciā solēt. **Q**uo
fit vt indignemur eas saepe nequissimis homi